

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

Vita S. Leonardi Co[n]fessoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

nec detinere mollia potuerunt. Lætemur, quod Angelus noster ascendit ad ciues suos, pro filiis captiuitatis legatione fungens, corda nobis concilians beatorum, vota illis intimans misericordum. Lætemur, inquam, & exultemus, quia celestis illa curia ex nobis habet, cui sit cura nostrâ, qui suis nos protegat meritis, quos informauit exemplis, miraculis confirmavit.

Sanctus pontifex, qui in spiritu humilitatis hostias pacificas cœlis frequenter inuenierat, hodiè per semetipsum introiuit ad altare Dei, ipse hostia & sacerdos. Migrante sacerdote, sacrificij ritus in melius mutatus est, fons lacrymarum siccatus est, holocaustum omne conditur in letitia & exultatione. Benedictus Dominus Deus Malachia, qui tanti pontificis ministerio visitauit plebem suam, & nunc assumptu eo in sanctam ciuitatem, tantæ recordatione suavitatis nostram non desinit consolari capiuitatem. Exultet in Domino spiritus Malachia, quod levatus pondere corporeæ molis, nullam faculenta vel terrena materia prægrauiatur, quod minus tota alacritate ac viuacitate corpoream omnem & incorpoream transiens creaturam, perget

tutus in Deum, & adhaerens illi, vnuis sit cum eo spiritus in æternum.

Domum istam decet sanctitudine, in qua tantæ frequentatur memoria sanctitatis. Sancte Malachia, serua eam in sanctitate & iustitia, misertus nostri, qui inter tot tantas miseras memoriam abundantiam suavitatis tua eructamus. Magna est super te diuinæ dispensatio pietatis, qui te paruum fecit in oculis tuis, magnum in suis, qui magna fecit per te, saluans patriam tuam: magna fecit tibi, introducens te in gloriam suam. Fessiuitas tua, quæ merito tuis virtutibus votiuia impenditur, tuis nobis efficiatur meritis & precibus salutaris. Gloria sanctitatis tua, quæ à nobis frequentatur, continuitur ab Angelis, sic erit nobis dignæ iucunda, si fuerit & fructuosa. Liceat nobis aliquas, te migrante, retinere reliquias de fructibus spiritus, quibus onustus ascendas, qui in tuo hodiè tam delicioso conuiuo congregamur.

Esto nobis, quæsumus, Malachia sancte, alter Moyses, vel alter Elias, impartiens & tu de spiritu tuo nobis: ipsorum siquidem in spiritu & virtute venisti. Vita tua, lex vite & disciplina: mors tua, mortis portus, & porra vita: memoria tua, dulcedo suavitatis & gratiae: praesentia tua, corona gloria in manu Domini Dei tui. O oliu fructifera in domo Dei, o oleum letitiae vngens & lucens, fouens beneficis, coruscans miraculis: fac nos cius, qua frueris, lucis suavitatisque participes. O odoriferum lumen, in eternum ante Dominum germinans & florens, & spargens ubique viuificum suavitatis odorem: cuius apud nos memoria in benedictione est, apud superos praesentia in honore: da canentibus te tanta plenitudinis participio non fraudari. O luminare magnum, & lux in tenebris lucens, signorum radijs & meritorum illuminans carcerem, latificans ciuitatem: fuga de cordibus nostris, virtutum splendoribus tenebras vitiorum. O stella matutina, eo cæteris clarior, quo Deo vicinior, similius soli, dignare preire nobis, vt & nos in lumine ambulemus, quasi filii lucis, & non filii tenebrarum. O aurora diescens super terram, sed superiores cali plagas lux meridiana perlustrans: recipe nos in confortio luminis, quo illuminatus & late foris luces, & intus suaviter ardes: Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto vivit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

VITA SANCTI LEONARDI CONFESSORIS, PER F. LAVR. SVRIVM EX MS.

codicibus presiūs descripta.

BATVS Leonardus sub Athanasio Imperatore in Galilij natus est. Parentes claros habuit, & magna apud Clodoueum Regem dignitatis & authoritatis. Clodoueus is primò paganus fuit, sed ad beati Remigij Episcopi prædicationem, Christiana religione initiatus est: & vt graues affirmant testes, Leonardum puerum è sacro baptismatis fonte suscepit, quod parentes eius in primis charos habebat. Postquam autem Leonardus puer adolescentia robur adeptus est, noluit Regi terreno militare, vt fecerant maiores eius: sed spiru diuino promptus, ad beatissimum Remigium Episcopum imitantum se contulit. Cuius salu-

L tares

Vide quid
sancti in ca-
lis present
nobis.

I. Cor. 6.

Obserua, vt
virgatus in-
uocet S. Ma-
lachiam.

S. Malachia

encomion.

B. Remigius
qđ pertinet
à Francia
regibus.
Iremque s.
Leonardus.

tares admonitiones non surda accipiebat aure, sed vt futurus verbi Dei seminator, in pectoris sui armario recondebat. Inde est, quod quemadmodum beatus Remigius olim à Franciae Regibus impetrarat, vt quoties Rhemorum urbem aut ingredentur, aut praterirent, captiui omnes ē vinculis & carceribus dimitterentur: quod qui-
dem hodieque obseruat: ita boni magistri bonus discipulus Leonardus à Rege ob-
nixè petijt, vt in vincula coniectis, si ipse eos inuferet, libera potestas fieret absceden-
di. Cumque id à Rege obtinuissest, vbi cunquè comperit vincitos in carcere detineri,
summoperè eos inde extrahere conabatur. Sciebat enim illud dictum à Salvatore:

Matth. 25. In carcere eram, & venisti ad me. &, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.
Cap. 2.

Crescebat interius tota Gallia fama virtutis eius, quod multi incommoda affecti
valetudine, ad eum confluerant, & sanare uerterentur, corporea & spiritualia ab eo ali-
S. Leonardus
virtutes.

monia recreari. Erat vir Dei alacer in exhortando, suavis atque humilis in sermoni,
in actione simplex & pudicus, in promissis verax, in eleemosynis largus & munificus;
in reddenda ratione modestus, atque a deo tenuis & submissus, vt non familia nobili,
sed abiectissima ortus videri posset. Eius fama perioris Franciae Rex, honestos ad
eum legatos misit, qui eum accersirent, aitque venienti ad se: Obsecro te, vir Dei
Leonarde, vt non recedas a palatio meo, donec sis pontifex, vt dignus es, functione
ornatus. Erat enim iam in clerum ascitus, moribus humilis & mansuetus. Respondit
vir beatus: Si more maiorum meorum Regibus Franciae militare voluissim, non du-
bito, domine mi Rex, quin in palatio tuo non mediocri fuerim loco porturus. Sed
quia potius elegi abiectus seruire Deo meo, quam in loco sublimi seruire Regi ter-
reno, eas, quas mihi promittis, dignitates & infusas largire illis, qui eas appetunt: mihi
satis est, si liceat in solitudine laudare Deum & Dominum meum. Nec ramen hoc ita
accipi velim, serenissime Rex, quasi execrandum sit Episcopi munus illis, qui illi obe-
undo sunt idonei: sed quod mihi magis libeat abiectum esse in domo Dei mei, quam
habitare in aulis Regum & principum mundi huius.

Cap. 3.

Ita ergo posthabito dignitatis terrena fastigio, quod Rex offerebat, tanquam fide-
lis agricola verbum Dei seminaris, Aureliam peruenit, inuenioque haud procul extra
urbem venerabili viro Maximino monacho, aliquandiū apud illum moratus est.
Divinitas
moneret
proficiet in
Aquitaniā.

Divina autem reuelatione admonitus, inde recedens, in Aquitaniam profectus est.
Cumque sancto Liphardo fratri suo, qui fidus ei comes fuerat, eam reuelationem in-
dicasset, orans ut secum iret, beatus Liphardus respondit: Evidem mi frater, nisi tibi
molestem est, hic apud Ligerim mihi commodum construam domicilium: tu vero
pergas ire, quod te vocat Dominus Iesus: isque tibi vbiquè propitius sit. Ita cum se in-
uinicē osculati essent, a se separati sunt: & Liphardus quidem Madunum petijt, vbi
etiamnum requiescit: Leonardus vero abijt in Aquitaniam. Cumque per Biturigum
regionem iret, haudquaquam mortis metu se celauit: sed sicut vir strenuus, armis
fidei munitus, Christum prædicabat. Ies enim in locis tum recens admodum erat
Christiania religio, ne cum abolipto prorsus ethnicismo. Itaq; vir Dei, quantum poter-
rat, verbis & factis Christū annūciabat, pellebat dæmones, surdos, claudos, cæcos, &
morbos omnes ad ipsum venientes, curabat. Interim suum prosequens iter, galea
salutis & scuto fidei instructus, tandem in syluam peruenit, quam Pauum vocant. Ea
feris abundans, Reges Galliæ & Aquitaniæ principes inuitabant ad venationes. Ferunt
etiam singulis annis Galliarum Regem eo venisse animi gratia, plerunque erian: Re-
gina comitante. Aberat is focus a Lemouicum vrbe decem fere milliaribus. Cum
autem beatus Leonardus per eam transiret syluam, Rex eo venerat cum Regina, que
ex partu in magnum vitæ discrimen adducta, Regem non mediocri animi dolore af-
fecit. Adhibebatur varia medicorū opera, sed nihil promouebatur. Plorabat omnis
aula & familia Regis, quod Regina tam miserè abierte vita. Ut autem lamentantium
voces sensit beatus Leonardus, ab itinere nonnihil deflectens, eo se contulit, multa
animi commiseratione permotus, scire volens, quid sibi vellent lugubres illæ voces
atque clamores.

Cap. 4.

Quem simul atque conspicati sunt aulici, Regi indicarunt de eo, quod quidam vir
Dei adest, qui Angelicum praefe vultum ferre videretur. Mox ad eum aduolans
Rex, & secum introducens in aulam, ita eum compellat: Dic nobis, venerande pater,
cuias sis, vnde ueneris, & num sis medendi arte instructus. Vir sanctus respondit: Pa-
tria mihi Francia est: vt autem huc accederem, lamentabiles voces me impulerunt:
neque vero eam calceo medicinam, que ab herbis petit remedia: sed inuocato Christi
nomi-

Huius Li-
phardi Vi-
tam quære
Tom. 3. lu-
nij 3.

Miraculis
coruscat,
Ephes. 6.

Manet in
solitudine
quā Pauum
vocant.

Manet in
solitudine
quā Pauum
vocant.

Ita ergo posthabito dignitatis terrena fastigio, quod Rex offerebat, tanquam fide-
lis agricola verbum Dei seminaris, Aureliam peruenit, inuenioque haud procul extra
urbem venerabili viro Maximino monacho, aliquandiū apud illum moratus est.
Divina autem reuelatione admonitus, inde recedens, in Aquitaniam profectus est.
Cumque sancto Liphardo fratri suo, qui fidus ei comes fuerat, eam reuelationem in-
dicasset, orans ut secum iret, beatus Liphardus respondit: Evidem mi frater, nisi tibi
molestem est, hic apud Ligerim mihi commodum construam domicilium: tu vero
pergas ire, quod te vocat Dominus Iesus: isque tibi vbiquè propitius sit. Ita cum se in-
uinicē osculati essent, a se separati sunt: & Liphardus quidem Madunum petijt, vbi
etiamnum requiescit: Leonardus vero abijt in Aquitaniam. Cumque per Biturigum
regionem iret, haudquaquam mortis metu se celauit: sed sicut vir strenuus, armis
fidei munitus, Christum prædicabat. Ies enim in locis tum recens admodum erat
Christiania religio, ne cum abolipto prorsus ethnicismo. Itaq; vir Dei, quantum poter-
rat, verbis & factis Christū annūciabat, pellebat dæmones, surdos, claudos, cæcos, &
morbos omnes ad ipsum venientes, curabat. Interim suum prosequens iter, galea
salutis & scuto fidei instructus, tandem in syluam peruenit, quam Pauum vocant. Ea
feris abundans, Reges Galliæ & Aquitaniæ principes inuitabant ad venationes. Ferunt
etiam singulis annis Galliarum Regem eo venisse animi gratia, plerunque erian: Re-
gina comitante. Aberat is focus a Lemouicum vrbe decem fere milliaribus. Cum
autem beatus Leonardus per eam transiret syluam, Rex eo venerat cum Regina, que
ex partu in magnum vitæ discrimen adducta, Regem non mediocri animi dolore af-
fecit. Adhibebatur varia medicorū opera, sed nihil promouebatur. Plorabat omnis
aula & familia Regis, quod Regina tam miserè abierte vita. Ut autem lamentantium
voices sensit beatus Leonardus, ab itinere nonnihil deflectens, eo se contulit, multa
animi commiseratione permotus, scire volens, quid sibi vellent lugubres illæ voces
atque clamores.

Cap. 4.

Quem simul atque conspicati sunt aulici, Regi indicarunt de eo, quod quidam vir
Dei adest, qui Angelicum praefe vultum ferre videretur. Mox ad eum aduolans
Rex, & secum introducens in aulam, ita eum compellat: Dic nobis, venerande pater,
cuias sis, vnde ueneris, & num sis medendi arte instructus. Vir sanctus respondit: Pa-
tria mihi Francia est: vt autem huc accederem, lamentabiles voces me impulerunt:
neque vero eam calceo medicinam, que ab herbis petit remedia: sed inuocato Christi
nomi-

nomine soleo varios curare morbos. Iis auditis, latatur Rex, sciscitaturque ex viro Dei, quo vocetur nomine. Respondente illo se Leonardum dici, seruusque esse omnipotentis Dei & beati Remigij auditorem: Rex audiens tam boni magistri cum esse discipulum, nihil ambigit sanctum & bonum virum esse, ad eiusque se genua submittens, pra ingenti animi dolore orat, vt opituletur Regina, ex partu difficultate morienti. Affer mihi, inquit, vir sanctissime, geminam consolationem Reginae restituta, & proli feliciter edita. Tum vir sanctus solita humanitate comotus, lachrymas fundit, Regemque eleuans, cum illo & paucis sacerdibus eius intrat in cubiculum, ubi Regina decumbebat, oculisque in cælum sublati, Dominum pro illa deprecatur. Deinde exente illo cum Rege, confessum Regina peperit, & omni dolore absoluta est. Itaq; Rex cum omnibus suis tollit ad sidera manus, laudat omnipotentem Deum, quod per seruum suum Leonardum tam insigne ediderit miraculum: iubet proferri auricos scyphos & pateras argenteas, permultaque alia, & gratitudinis ergo donati beato Leonardo. Sed ille homo Dei, cui mundus erat crucifixus cum omnibus pomis suis, regia munera non accipit, sed accito ad se Regi dicit voce mitissima: Donum Dei, mihi Rex, pecunia non comparatur, sed precio fidei fidelibus administratur. Ea igitur, que mihi largiri volebas, da pauperibus, viduis, pupillis, & rerum inopia laborantibus, vt possis post obitum æterna felicitate perfui. Ego nullo horum indigo: sed in desertis locis, contemptus mundi diuitijs, soli Christo seruire cupio. Atque ea causa fugio hominum turbas, vt Christo nocte & die seruiens, possim ad opes pertingere nunquam perituras.

Repondit autem illi Rex: Sanctissimæ voluntati tua equidem abunde possum satisfacere, & eccè totum hoc nemus tibi tradam possidendum. Egò vero, inquit beatus Leonardus, non totum, sed eius tantum partem quandam à te accipiam, ferentissime Rex, quandù adeò promptum te exterior. Itaque quācum nocte potero a scelto meo vētus circumire, tantum dari mihi peto. Annuit Rex libentissimè, iussitq; omne illud spatiū lapideis terminis definiri. Mansit autem vir Dei in illo loco, condidique ibi oratorium in honorem beatissimæ matris Dei, in cuius sinistro latere altare alterum cōstruxit in beati Remigij memoriā. Vixit vero parcissimè, corpus ieiunijs, vigilij & precibus macerans. Adiunxit quoquē sibi duos monachos, vita & moribus religiosos, vt in ea ecclesia perpetuam diuina mysteria celebrarent, quandò ipse sacerdotum limina orandi causa visitaret. Solebat enim pro more sapissimè adire basilicam beati Martialis Episcopi Lemouicensis: atque ea causa nolebat oratorium suum esse sine ministro, dum ipse abesset. Difficulter autem illic à monachis aqua obtineri potuit, quod ferē vno militari apportanda esset. Rogarunt igitur beatū Leonardum, vt iuxta ecclesiam aquani ipsius impetraret. Iussit ergo humum instar putei fodit, stans que supra effossam humum, oravit Dominum, & mox perennes cruperunt aqua, quæ usque in hunc diem locie eius habitatoribus potum præbent. Porro locum ipsum beatus Leonardus Nobilacum dici voluit, quod à nobilissimo Rege cum dono accepit.

Etsi autem latere percuperet vir sanctus, & hominum frequentiam fugeret, quād tamen ciuitas abscondi non potest supra montem posita, infinita ad eum malevolentium turba confluit, curabaturque ab eo. Fama sanctitatis eius Aquitaniam omnem & Britanniam minorem impleuerat, atque usque in Germaniam secesserat: atque adeò Deus ornauit & illustrauit illum, vt si quis in carcere coniectus, eius nomen inuocaret, ruptis catenis, nullo impediente, liber abscederet. Inde accidit, vt multi etiam ex löginqüs regionibus à vinculis & carceribus per eum liberati, ad eum venirent, & compedes atque catenas secum afferrent, ad eius sepe pedes humilianter abiijentes. E quibus etiam non pauci apud eum manabant, scilli seruos offerentes: sed vir Dei illis potius seruire studebat, partem eis sylva distribuens, vt consenserent agricultura operam dare, & inde sibi parare victum, non inhiaire prædis, ne rursus in vincula conjicerentur & obscuros carceres. Simul autem salutari eos Evangelij prædicatione instituebat, prætereaque omnes ad se venientes varijs affectis morbis, fabriabat sanctus precibus, & optimis sermonibus continenter paciebat, rudes vestiebat, multa edidit esurientes alebat, cunctisque necessaria pro viribus suppeditabat. Itaque amabant eum haud secus, atque solent filii parentes suos.

Cum autem hæc eius præclara facinora in Francia diuulgaretur, multi ex cognatis eius, plerique etiā familiares eius, distractis rebus & possesiōnibus suis, cum uxoribus

*Regina ex
partu diffi-
cultate mō-
rientē sanat*

*Magna Re-
gis munera
non vult re-
cipere.*

*Accipit pa-
tem nemō-
ris à Rege.*

Extrahi ec-

clesiam.

*Precibus im-
petrat aquā
perennem.*

Cap. 6.

Matth. 5.

Actus 19.

Mag. 11.

vis in liberā

dis vincis.

miracula.

Le 11.

Vacat misse.

ricordiaz

operibus,

multa edir

miraacula.

Confanguinei eius ē sequuntur relictis bonis suis.

Psal. 36. Psal. 33.

& liberis ad eum se contulerunt. Quos vt ille vidit, non mediocriter admirans, ait ad eos: Ego vos fugi, & ecce vos me sequimini, quandoque etiam ad paradisum me sequuri. At illi prosterentes se, Domine pater, inquiunt, tui sumus, & a te, si placet, nunquam recedemus. Vias tuas ostende nobis, & semitas tuas edoce nos. Responde vir sanctus: Ego vos, dilectissimi, Propheta verbis appello: vos autem reponite ea in cordibus vestris. Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quarens panem. Timete ergo Dominum, quoniam non est inopia timentibus eum. Diuites eguerunt & esuriuerunt: inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bono. Itaque filii audite me: timorem Domini docebo vos. Ea caula tulit vos Deus à populorum tumultu & strepitu, vt in hac solitudine mecum comorantes, recte hic viat in iustitia & sanctitate, memores illius prophetica sententiae: Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas, itemque illius: Melior est bucella secca cum gaudio, quam plena domus cum iurgio. Post id genus salutares adhortationes septem eis nemoris sui partes assignauit, tot enim erant familiæ: iustisque eos labore manuum suarum vicitare, quemadmodum Apostolus scripsisse dicit, vt haberent vnde possent indigentibus elargiri. Præter hos autem alij multi & ex propinquis & longinquis regionibus ad eum aduentabant, cupientes ad mortem vsque cum illo permanere. At ille amplectens omnes, souebat eos vt solet gallina pullos suos. Robur erat validis, arque infirmis medicina, in templo Dei tanquam stella matutina refulgens. Vixit diebus vita sua in timore Domini, ornatusque virtutum gemmis, seruuit creatori suo sine querela. Denique cum iam bonum certamen certasset, fidemque seruasset, quandò visum est altissimo, vt è praesenti seculo emigraret, octauo Idus Novembri sanctissima anima eius ab Angelis recepta est in caelum: corpus autem sanctissimum à fidelibus humatum est in ecclesia, quam ipse confruxerat in honorem beatissime semperq; Virginis Mariae & beati Remigij Rerum Episcopi. In ea autem ecclesia multa diuinus miracula sunt, cæci vident, leprosi mundantur, paralytici curantur, variisque hominum languores, eius precibus depelluntur, præstante Domino nostro Iesu Christo.

Feliciter ad Dominū P. sciscitur.

Miracula ad sepulcrū eius.

Cap. 8.

Post eius autem decepsum pagus ille Nobiliacus propter miracula, quæ illic siebat, in dies aduentantibus hominibus augmentabatur, crescetque habitatorum numerus, Clero populoque incrementa capiente. Evolutus itaque paucis diebus, divina revelatione admoniti sunt Clerici ecclesiæ eius, vt aliud ædificant templum, & in illud corpus sancti viri honorificissimè transferrent. Illi visionem referunt ad populum, triduanumque omnibus ieiunium indicunt. Cumque in ieiunio, precibus & vigilijs pariter perdurarent, Dominumque rogarent, vt locum ipsi ostenderet, ad quem vellet confessorem suum transferri, signo admirabilis declaratus est ecclesia construenda locus. Tertia enim nocte in tota ferre prouincia illa nix altissima decidit: porrò locus ille, in quo vir sanctus quiete voluit, prorsus intactus à nive permanit. Eo conspecto miraculo, eum magnis vocibus gratias agunt Deo, qui per sanctum confessorem suum exhilararit fluctuantem populum suum: moxque arreptis ligonibus & sarculis, ecclesiæ fundamenta solidiunt, eamque magna operis instantia breui exædificant: deinde adunatis fidelium turmis, in eam corpus sacrum beati viri eum hymnis & canticis inferunt. Quæ autem miracula in hac translatione perpetrata sunt, paucis explicari non potest. Sed & quotidiana ad eius sepulcrum sunt miracula, que perspicue testantur, qua in gratia sit apud Christum. Per multa illi suspensa cernuntur ferrea vincula, multorum etiam enses & lanceæ, quos è bellorum rabie liberauit. Quod si quis velit catenas eò allatas, itemque compedes, oreas & manicas ferreas ornates certo numero compræhendere, & in scripta redigere, fortassis res incredibilis narrare videbitur. Qui autem eò adueniunt, non possunt ambigere, quin vera dicamus: iisque ex râbra suspensi ferri copia magis animis confirmantur & hilarescant.

In finita ci? miracula.

Cap. 9.

Porro autem si quis & antiqua & quotidiana eius miracula annotare instituat, prius se tempore, quam rerum copia, defitatum experietur. Sed quandò omnia referre non sicut multitudo, nihil autem ex ijs commemorare stultissimum est, pauca è plurimis breuiter dicemus, quæ ad lectoris demulcendum animum, tanquam flores ex amplis pratis decerpsumus.

Lemouicensium Vicecomes quidam, ob deterrendos homines à maleficijs, immansimam iusserrat parari catenam, eamque ad cippum alligari, qui erat in media turri, haud procul ab ecclesia beati Martialis extructa. Prominebat autem è tutti catena,

catena, & qui ea ad collum vinciebantur, sub dio stabant: & aestate quidem expositi erant solis ardoribus, hyeme autem niuibus & frigori: & vtroque tempore pluuijs, ventis & imbris, alijsque cali iniurijs, ita vt non vnam, sed mille mortes perferre viderentur. Eam catenam, Mauram appellabant. Vicini omnes valde sibi ab illa metuebant, quod plerunq; etiam innocetes ea pugnarentur, si Vicecomitem, vt afolet, terrena fortassis cupiditas occupasset. Ita accidit, quendam beato Leonardo deuotum hominem, absque culpa ea colligari: qui cum ferro adeo esset ad collum attritus, vt supremum spiritum vix trahere videretur, recordatus beati Leonardi, suspensus intra se dixit: (nec enim catena pressus vocem edere potuit) Sancte Leonarde, qui etiam extrance te inuocantibus subuenis, cur me seruum tuum hac catena stranguli permittis? Succurre (obsecro) mihi, antequam me vitalis destituat spiritus. Confessum in veste candidissima adest sanctus Leoninus, atque ad hominem: Non morieris, sed viues, & narrabis opera Domini. Surge in columnis, & hanc Mauram perferad ecclesiam meam. Nemo enim deinceps ea vincietur, sed quod te ex ea exemerim, suspensa apud sepulcrum meum palam testabitur. Tu vero sequere me praecountem, nec dubites absportare catenam, nullum enim eius pondus senties. Obtemperat homo, sequitur ducem suum, & celeriter ad fores ecclesiae beati viri perduci, solus manet, beato viro ab eius oculis euanescente. Mox intrat in templum, spectante Clero & populo, ad sanctum altare deponit catenam, narrat omnibus, quid ipsi praefliterit sanctus Leoninus. Cuncti laudant Deum: fama rei gestae procul diffunditur, accurrit Lemouicensis ciues & vicini omnes, offerunt munera Deo & S. Leonardo, depromunt laudes deuotione praecipua.

Cum eius regionis nobiles inter se cotenderent, quidam est pago Nobiliaco, beato Leonardo deuotus, a quodam nequissimo tyranno captus est. Is veritus, vt postea ipse narravit, ne sanctus Leoninus homini optularetur, ita apud se cogitabat: Si hunc hominem ferro constrinxero, prorsus metuo ne amittam illum. Ut enim apud ignem cera, sic ad beati Leonardi nutum colligescit ferrum. Si cippo pedes eius in clusero, aut in custodiâ eum detrusero, nihil certior ero, eadem enim illuc quoque Leonardis vis est. Planè anxius sum, quid agam hoc homine, à quo ego mille solidos, si redimi velit, extorquere constitui. Sed scio tamen, quid faciam. Iubebo foueam profundissimam in intima turri mea fieri, in eamque illum compedibus manicisque ferreis colligatum demergam. Necdum enim sanctus Leoninus sub terram se demisit: & quanvis fortassis catenas ferreas dislocuet, hominem tamen è specu subterraneo educere nequibit. Porro etiam ad os fouæ arcum ligneam admouebo, & in ea milites iubebo excubare noctes atque dies, qui eum custodiant. Fecit ergo haec omnia fatus homo: sed tamen efficere non potuit, vt licet in tenebris & magnis catenarum angustijs esset, spem & fidutum vincens abiceret, seque à beato Leonardo ereptum iri dubitaret, quem etiam custodibus audientibus crebro inuocabat, simul orans Dominum, vt per dilectum confessorem suum Leoninum se liberaret. Ecce autem quadam nocte prælastitudine illo obdormiente, sanctus Leoninus cum multa luce adest, euertit arcum, in qua milites inerant, eosque sub eam ceu mortuos deprimit: indè descendit in foueam, alta voce appellat hominem, Dormis ne, inquiens, an vigilas? En adsum Leoninus, quem expetijsi. Expergescitus homo, viva luce immensa, ait ad eum: Domine, adiuua me. Confessum diruptis catenis, & infar lutu dissipatis, proprijs vlnis è turri eum exportat: ambulans; cum eo, familiaria misericordia colloquia, vt inter se amici solent, tandemque Nobiliacum perducit, ubi extra periculum fuit. Sole orto, exponit vicinis, quæ passus sit à tyranno, quid beneficij à sancto Leonardo accepiter. Mirantur omnes, & incredibili gaudio & latititia afficiuntur.

Peregrinus quidam in longinqua regione audiens, quæ beati Leonardi intercessio, nra miracula fierent, constituit ei adire sepulcrum. Fecit, venit eò, orauit, & reuerfus est. Dum est in itinere, capitur apud Arueros, & in arcam custodiâ dicitur. Ait ergo ad illos: Quæ haec vestra immanitas est, vt in hominem, à quo nihil vñquam lessis, quem neque nouistis, neque vidistis antehac, tam inhumanos vos declareris? A sancto Leonardo reuerter: pro eius amore vt abire me finatis, oro. At illi non modò preces eius contemnunt, sed etiam mortis minas intentant. Fame, inquietum, te excruciatum interficiemus, donèc è patria non paruam pecunie vim, qua redimaris, petas. Respondet ille: Noueritis me beato Leonardo esse commendatum. Nocte Alij inha- cädem castelli eius principi apparet sanctus Leoninus, expostular cum eo, cur ausus maniter ca- fit eripit.

Pœna inobedientia. sit capere peregrinum suum, à quo nihil mali illatum esset. Vide, inquit, ut manè absolutum à vinculis, à te dimitras. Ille refert hæc suis militibus, nec tamen soluit caput. Altera nocte redit sanctus Leonardus, sed rursus nihil imperat. Tertia nocte reuersus, auferit hominem è custodia, longeque extra oppidum educit. Illo ablato, media castelli pars repentina casu multos crudeles viros opprimit & extinguit: castelli dominus, fractis cruribus, cum ignominia fuperstes manet.

Cap. 12. Apud Nannetes, quod est minoris Britanniae oppidum, eques quidam carcere tenebatur, catena ferrea vincitus collum, brachia & pedes. Oravit ille fandum Leonardum, ut tantæ misericordie subueniret. Sanctus Leonardus, qui nunquam solitus esset cunctanter adesse ipsum implorantibus, quodam die visibilis apparuit in media domo, ubi captiuus ille detinebatur. Familia omnis, oculis in eum coniectus, expectauit quidnam facturus esset. Per multi enim illic erant, & adeò certò illis constabat, sanctum Leonardum cum esse acsi aliund id eis indicatum esset. Ille ergò captiuum manu appræhendit, cunctisque valde admirantibus, catenam ab eo tollit, rursusque in eius imponit vinas, inbet ut ad suam ecclesiam eam absporteret, eumque per medium illorum educit. Nemo quicquam aufus erat dicere: sed omnes taciti, laudabant præclaras Dei opera, quæ efficiebat per beatum Leonardum confessorem suum.

Cap. 13. Cùm adhuc in viuis esset Vilhelmus magnus Aquitaniae Dux, dubitatum est à Baptiste domini caput multis, num beatissimi Iohannis Baptista caput apud Augericum haberetur. Iussit nunc Ambi. ergò princeps Vilhelmus magnus Episcoporum convocari synodum, ut corum ani seruatur consensu tantus thesaurus inquireretur, & sacratis illorum manibus hasitati populo visendum exhiberetur. Quæsitum & inventum est caput sacratissimum, altarique impositum, cunctisque illud ita, ut par erat, venerantibus. Multæ tum ea causa illuc allata erant Sanctorum reliquie, multaque edita sunt miracula per merita illorum: in ijs, que sanctus Leonardus, bonus nprimis male habentius medicus, non pauca virtutum singula declarauit. Paupercula quædam mulier filium cæcum eō adduxerat, orauitque sanctos, quorum reliquie illic erant, ut ei redderent visum: sed exaudita non est. Cùm autem obuiam venisset capsæ, in qua ad synodum adducebatur beati Leonardi reliquie, apud se dixit: O beate Leonarde, omnes ad te venientes sanas: ego vero paupercula neque à te, neque ab alijs sanctis filij hospitatem potui impetrare. Similiter autem feretro supposuit filium suum, cum mox videntem, ad se recepit. Alia foemina illic aderat, septem nequam spiritibus occupata. Eam quoquæ beatus Leonardus curauit. Sanauit etiam claudum quandam.

Cap. 14. Ad Rhodanum flumen castellum est, in quo captiuus quidam asservabatur. Is sine intermissione inuocas beatum Leonardum, ab eo ereptus est. Sed cùm esset eo loco admodum profundus fluuius, & homo illi se committere formidaret, beatus Leonardus illum incunctanter per eum transire iussit. Iuit ergò siccis vestibus ad vteriorrem usque ripam. Alteri cuidam in subterraneam specum coniecto columba specie apparuit, eumque inde eduxit. Cum autem atra nox homini viam, qua iret, prorsus absconderet, columba ob oculos eius volitans, cum antecessit, atque ad locum optatum perduxit.

Cap. 15. Latrones quidam rusticum ceperunt, eumque ad querum suspenderunt, corpore misere pendente, pedibus arbore compressis, sinistra manu ad aliam arborem ferreo vinculo alligata: ita ut nihil misero reliqui esset liberum, præter solam dextram manum, cui innitebatur. In tantis igitur angustijs appellat cum lachrymis beatum Leonardum. Et ecce circumfundi sibi certa lucem clarissimam, & ex ipsa luce audit vocem blandissimam: Quid ita clamas? Respondeville: Deum inuoco, sanctosque eius Martialem & Leonardum appello. Tum vox illa: Extrahe, inquit, pedes & manus, & abi liber & in columnis. Illo dicente, se non posse pedibus & manibus impeditis, rursus iubetur abfique villo metu facere quod monitus erat. Fecit ergò sic, & compedibus in terram deincidentibus, abscessit.

VITA